ארבעה אבני הג׳ליונים
מהתורת החרשׁה

QVATVOR

EVANGELIA

NOVI TESTAMENTI.

ארבעה אבני הגיליונים
מהתורה החדשה



נעתקו מלשון רומי ללשון עברי
על יד יוחנן הטוכל יונה



QVATVOR
EVANGELIA
NOVI TESTAMENTI

Ex Latino in Hebraicum ſermonem verſa

AB IOANNE BAPTISTA IONA:

והרים אותם תרומה לקרוש הכהן הגרול
קלימנתי תשעי י״צו

SANCTISS. D. N.

CLEMENTI NONO P. M.

DICATA.



נרפסו פה רומה ברפוס של הקהילה הקדושה פרופאגנרא פידה
שנת אלף ושש מאות וששים ושמונה לביאת משיחנו:

ROMÆ, Typis S. C. Prop. Fidei, Anno MDCLXVIII.





SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO CLEMENTI NONO PONTIFICI MAXIMO

PERPETVAM FELICITATEM

JOANNES BAPTISTA JONA olim ex Hebraica cœcitate ad Christianam fidem traductus, Hebraicarum literarum in Romana Academia PROFESSOR.



PLVRIMA fuêre (BEATISSIME PATER) quæ me ad Sacrosancta Euangelia Hebraicis verbis exprimenda sollicitarunt. In primis mea erga Christianam Religionem, cui ex animo semper studere quantum potui conatus sum, sincera fides tot annorum laboribus tùm in Vaticana Bibliotheca, tùm in Romanæ Sapientiæ Academia, tùm etiam in Almo de Propaganda fide Collegio constanter exantlatis, contestata, & planè videbatur Christianæ eiusdem Religionis dignitati, sanctitatique necessarium, vt hæc primaria eius instrumenta Arabicis, Syriacis, Græcis, atque Latinis vocibus iam expressa, etiam Hebraicis exprimerentur, cùm præsertim instrumenti veteris omnes ferè libri Hebraica lingua conscripti fuerint; deinde iniqua, & impia Hebræorum mens in Christum, cujus gloriæ inuidentes, omnia ferè testimonia, quæ de eo habentur, mutatis vel vocibus, vel significationibus corrumpunt; est enim hoc cœcæ impie-

pie-

pietatis ſtudium ea corrumpere, quæ non poteſt refellere. Hac autem Euangeliorum verſione in verum Hebraicum ſermonem tantæ audaciæ occurrimus; demùm ſingularis Romanorum Pontificum erga me Benignitas, cui vt gratificarer hoc qualecunque Opus aggredi decreui: quocirca ad SANCTITATIS VESTRAE pedes procumbens, illud BEATITVDINI VESTRAE offero, vt qui IESV CHRISTI vices repræſentas, & virtutes imitaris, digneris quoque eius hiſtoriam approbare. Profectò habeo aliquod meæ audaciæ incitamentum, quòd iuſſerit SANCTITAS VESTRA horum librorum impreſſionem abſolui. Faxit DEVS vt poſſim etiam offerre aliud Opus inſcriptum *Alæ Columbæ*, quo omnes Chriſtianæ fidei articulos Hebraicis è Sacra Scriptura teſtimonijs, ac ipſorum Hebræorum dictis confirmo. Nec ſpes huius rei me deſerit, dùm SANCTITATIS VESTRAE Pontificiam liberalitatem in ſubleuanda multorum inopia contemplor; DEVMque precor vt nobis ac Reipublicæ diù viuas.

PROOEMIVM.

REVERTETVR homo ad possessionem suam quia Iubileus est, *Leuit. 25. Spiritus sanctus super me delabens dedit mentem ad intelligendum, & oculos ad respiciendum Deum eiusq; Christum, qui anno Jubilei 1625. post eiusdem Christi aduentum me adduxit ad diuinum obsequium, & Sancti Joannis Baptistæ die Messiæ baptismate ablutus fui, & rediui ad possessionem meorum parentum mortuorum, qui crediderunt in Deum expectantes eius Christum: hac igitur die Spiritus Domini tetigit cor meum cupiditate studij collocandi in hoc Euangelio ad erigendum vexillum meum, pedesque meos ab offendiculo auertendos, ad confirmandam virium mearum imbecillitatem, atque ad meam mentem excitandam in aduentu JESV CHRISTI Creatoris & Redemptoris mei. Et vehementer sitiebat anima mea hoc Euangelium linguæ sanctæ vocibus expressum quærere, præsertim quia audiui Sanctum Matthæum Hebraico sermone Euangelicam historiam scripsisse, donec Deus statuit vt in Vrbe Lucensi nanciscerer hominem,*

qui

הקדמה:

בשנת היובל הזאת תשובו איש אל אחזתו: כשהשפיע עלי רוח הקדש ממרום ונתן לי לב לדעת ועינים לראות את יהוה ואת משיחו שבשנת היובל אלף ושש מאות והמשה ועשרים לביאת משיחנו קרבני השם יתברך לעבודתו שביום החג של יוחנן הטובל נטבלתי בטבילה המשיח ושבתי אל אחוזת אבותי אשר בארץ המה אשר האמינו ביהוה והחילו את המשיח ומאותו היום רוח יהוה נגע בלבי וכאש בוערת בתוך קרבי להשוק בעיון האבן גיליון לשאת דגלי ורגלי להסיר כשלי ולחזק השלי ולקומם נפלי ולהרים שפלי בביאת ישוע צורי וגואלי כי הוא משיח: ובצמאה נפשי לבקש האבן גיליון בלשון הקדש ובפרט ששמעתי ש שהקדוש מתי כתב אותו בלשון הקודש עד שהשם יתברך אינה לידי שבעיר לוקה מצאתי בבית מוכר

ספרים

ספרים ספר אחת שהיה אומר
בשורת מתי אשר עד היום הזה
היתה גנוזה אצל היהודים
ונחבתה במערותיהם ועתה
באחרנה מוצאת לאור בשנת
הנ״ך וכו פה פאריש האם
בצרפת : ובראותי אותו
שמחתי כבעל כל הון ובקראי
בו ספקתי שמא הוא זה שמי
שהעיתיקו לא היה בקי בלשון
הקודש או שהיהודים עתיקוהו
בלשון מנומנם להתעיכו
בעיני הקורא שלא לחשוב
אותו ובהיותי בזאת המבוכה
והנה האל קרה לי ספר אחד
שמו אבן בוחן מהיהודי שמו
שם טוב שפרוט שהעתיק
בלשון הזה מגומגם האבן
גיליון של מתי ואחר כל פרק
מקשה על האבן גיליון וגם
בספר שנדפס בפאריש בסוף
כ״ח קושיות שמקשים ה
היהודים נגד אבן גיליון ואינו
מתרצם אלא יש כתב בלשון
רומי אומרת אלו הן קושיות
היהודים אשר מי שיש לו שכל
יוכל לתרץ לכל אלו ה
הקושיות : ועוד בכתוב שם
המשיח ·

qui inter libros, quos venditabat, habebat Codicem inscriptũ Matthæi Nuntiũ qui apud Hebræos in cauernis abditus fuerat, nunc autem in lucem editus est Parisijs, quæ Vrbs Princeps Galliæ est an. 1555. *Exiliui gaudio hunc librum conspicatus, cùm illum legissem, dubitaui ne is, qui in Hebraicum sermonem versus fuerat, non admodũ peritus esset Hebraicarum vocum, vel ne Hebræi eum librum vertissent in sermonem quodammodo balbutientem, quò Lectoribus abominabilis esset. Cùm autem in hac perplexitate versarer, Deus obtulit mihi alium Codicem manuscriptum, cuius titulus*, Lapis Lydius, *Auctore quodam Hebræo nuncupato* Scem Tob Siphrut, *à quo Euangelium Matthæi in eandem linguam Hebraicam (vt diximus balbutientem) conuertitur, ac in fine cuiuslibet Capitis argumenta aduersus Euangelium recitantur quemadmodum & exemplar Parisijs editũ, continet in fine* 28. *argumentationes, quas Hebræi afferunt contra Euangeliũ, nullo responso adiecto, nisi quadã Epistola, quæ dicitur, Hæc sunt Hebræorum in Euangelium argumenta, quibus omnibus, qui aliqua intelligentia præditus est, facilè respondere potest. Prætereà in scribendo Chri-*

Christi nomine Hebræo nomine affirmant hoc nomen ישו *JESV non deriuari à radice* ישע, *quod sonat genus humanum à peccato primi hominis saluauit, ideòque dicitur* יהושוע *Jehosciuhà, aut* ישוע *Jesciuhà: sed Hebræi ex malignitate eundem Jesum vocant* ישו *Iesu, cuius nominis literæ sonant secundùm ipsos*, delebitur *videlicet* nomen eius, & memoria eius. *Dicunt enim literam Iod* י *sonare* ימח *Imahc*, delebitur, *literam* ש *Scin* שמו *Scemò*, nomen eius, *& literam* ו *Vau* וזכרו *VeZichrò*, & memoria eius. *Quamobrem accinxi lumbos meos, vt separarem pretiosum à vili, quod si mihi fortè exciderit verbum aliquod non rectum, Deus id condonet, meque liberet errore, vt rogabat Dauid:* Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me*: certè quantum ex me erit nihil prætermittam, ac Deus mihi aderit ne incidam in errorem, ac meo calamo moderans sermonis claritatem addet, ne hic liber alijs sacris libris sit dissimilis, quamuis sit opus difficile verbatim ex Latino in Hebræum traducere, ac phrasi Hebraicæ hærere, tamen operam omnem præstabo, & eo fauente, cui omnia sunt possibilia, meus calamus dirigetur, & intelligentia non deerit. Ideò a-*

✢✢ *mice*

המשיח בלשון עברית כתוב ישו ולא כשמו יהושוע או ישוע משורש ישע שהושיע העולם וכל מין האנושי מחטא אדם הראשון: והיהודים לרוע לבם בלשון עברית קורין אותו יֶשׁוֹ לומר שראש תיבות ימח שמו וזכרו לכן אזרתי כגבר חלצי להוציא יקר מזולל ואולי שמחסרוני יצא דבר מעוות השם יתברך ימחול לי ויצלני משגיאת כמאמר דוד המלך עליו השלום שגיאות מי יבין מנסתרות נקני שאני אעשה ויהוה אלהים יעזור לי שלא אחטא ויהיה עם קולמוסי ויתן ליצחות לשון שיהיה כשאר כתבי הקודש אף על פי ש שהעתקה מלשון לאטין ללשון הקודש בהיותה מילה במילה היא דבר קשה עד מאוד לקרבה לנוסחה העברי עם כל זה אטרח כל מה שאפשר ובעזרת מי שלפניו הכל אפשר יעשה שקולמוסי יכשר ושכלי לא יחסר: לכן אחוכי הקורא אם תמצא דבר

שלא

שלא יהיה כרצונך תדין אותי
לכף זכות אם אתה תדנני
לכף זכות כך משיחנו ידין לך
גם כן לכף זכות ובכן אחלה
פניך משיחי ואלהי שתהיה
עמי וכאשר אמרת לתלמידיך
אל תחשובו את אשר תדברו
כי אינכם המדברים כי אם
שבשמים אביכם ולכן אחלה
לבתולה אמו שתתפללי בעדי
שיהוה ידבר בי ומלתו על
לשוני יהוה נגדך כל תאותי
ולך אשה דעתי אמן ׃

בתחילה אבקש על מילת
האבן גיליון מאי לשון היא
וראיתי שדעת כל העולם
שהיא מילה מורכבת ממילה
אחת בלשון יון שרוצה לומר
בשורה אבל אני תמה בראותי
שבכל כתבי היהודים לא
מצאתי שום אחד שזוכרו בשם
בשורה לא טבה ולא רעה אלא
כולם קורין אותו אבן גיליון
או בבית או בואו או באלף או
בעין ׃ ועוד מאחר שמקובל
כפי הכל שהקדוש מתי כתב
ספרו בלשון הקודש מי יתן
שארע איך קרא אותו לכן
הקדוש

mice Lector, si quid præter tuam voluntatem dictum aduerteris, æqui bonique accipies; quippè ea prorsùs ratione, quà de me iudicaueris, etiam Christus de te sententiam bonam feret, sic precabor Christum, & Deum meũ, vt mihi adsit, & quemadmodum suis discipulis dixit: Nolite cogitare vos esse loquuturos, sed Pater vester in vobis loquetur; *sic precabor Virginẽ eius Matrem, vt pro me oret, quòd Deus ore loquatur meo, ante omne desiderium meum ad te erigam intelligentiam meam, Amen.*

Primò, Quæremus ex qua lingua deducatur vox Euangelium, & communis opinio est eam ex Græca deduci ad significandum Bonum Nuntium*: verùm ego miror in Hebræorum libris à nemine hanc vocem nominari, quòd* Nuntium *seu* bonum, *seu* malum *sonet, verùm ab omnibus dici* אבן גיליון *Euen ghilion cum litera Beth, vel Vau, aut Aleph, aut Haain. Prætereà cùm ex traditione habeamus Historiam Euangelicam fuisse à Matthæo Hebraicè scriptam, vellem scire, quo titulo ea fuit ab ipso inscripta: quapropter fortasse etiam Sanctus Mat-*

thæus

theus eam nuncupauit אבן גיליון *Euen ghilion, quod sonat* Petram manifestam; *quia Noua Lex intra Legem Veterem abscondebatur, atque id à Deo significatum fuit in monte Sinai, cùm ibi decem mandata duabus tabulis ex petra commissa fuerint, quò significaretur vtraque Lex Noua, & Vetus, quippè non alius est vtriusque finis, quàm hominem ad vitam æternam dirigere, vti habet Dauid Psal. 62.* Semel locutus est Deus, duo hæc audiui quia potestas Dei est; *significans quamuis sint geminæ Leges vti tabulæ; tamen vnicum earum esse finem, videlicet ducere hominem ad vitam futuram, atque vt constet Legem Nouam nuncupari* Petram, *afferam quatuor Prophetarum ex Lege veteri testimonia.*

Primum est Danielis, cùm exposuit propheticum somnium Nabuchdonosori à Deo obiectum in statua ex auro & argento, ex ære, ac ferro, vidit enim lapidem abscissum à monte nullius

הקדוש מתי אולי גם כן כך
קרא ספרו אבן גיליון שרוצה
לומר אבן שנגלה בהיות
שהתורה החדשה היא היתה
גנוזה ונסתרת בתוך התורה
הישנה וזה רמז לנו הקדוש
ברוך הוא בשעת נתינת
התורה על הר סיני שנתן
עשרת הדברות בשתי לוחות
אבנים לא לרמוז שתי תורות
התורה החדשה והתורה
הישנה שתכליתן אחת שהוא
ליישר לאדם לעולם הבא
כמאמר דוד המלך עליו שלום
במזמור ס״ב אחת דבר אלהים
שתים זו שמענו כי עז לאלהים
הוא לומר שגם שהן שתים
כמו שהיו לוחות האבנים
מכל מקום שתיהן פונות
להכלית אחד כנ״ל ולהראות
שהתורה חדשה תקרא אבן
אביא ארבעה נבואות
מהתורה הישנה : ראשונה
מנבואת דניאל בפתרון החלום
נבואיי שהראה השם יתברך
לנבוכדנצר הצלם מזהב ומ
ומכסף ומנחשת ומברזל ו
ואחר ראה שנגזר אבן דלא

כידיין והשחתה לצלם עד
שדקקה אותו דק כמוץ מן
הגורן ופזר אותו הרוח והאבן
אשר שבר הצלם היתה להר
גדול ומלא כל הארץ ונפרש
לו ברוח נבואה שהשם הודיע
למלך נבכדנצר מה שעתיד
להיות שהצלם אשר הזה ראש
מזהב רמז למלכות בבל וה
והזרועות מכסף רמז למלכות
מדי ופרס ומעיו שהיו מנחשת
רמז על מלכות יון ורגלי הצ
הצלם שהיו של ברזל על מ
מלכות רומי ואמר שבזמנם
יקים אלהי השמים מלך
שלנצח לא תתחבל ומלכ
ומלכותיה לעם אחר לא יתן
ומלכותיה תתקיים לעולם
שעל זה רמז מה שראה אבן
מן ההר דלא בידיין וכו׳ : מזה
נראה בפרוש שהמשיח והורתו
נמשל לאבן דאתגזר מן הה
התורה הישנה דלא בידיין
שהשולחים מכריזי זאת ה
התורה לא היו להם ידיים
שהיו הדיוטים ופחותים שלא
היה להם יד ושם ומדייגים
נעשו דייגי בני אדם וזה רמוזה
באבן

manu, qui statuam conterebat, & in puluerem uti paleam à vento difflatam vertebat, & qui etiam lapis confracta statua vertendus erat in montem magnum, qui uniuersam terram impleret; ostendit autem Daniël per Spiritum propheticum Nabuchdonosori, quòd Deus notificauit ipsi quid illo somnio portenderetur, videlicet capite aureo statuæ portendi regnum Babilonicum, brachijs argenteis regnum Medorum, & Persarum, visceribus æreis regnum Græcorum, pedibus autem ferreis regnum Romanorum; additurque tempore Romanorum excitatum iri à Deo regnum quòd nunquam destruetur, & quòd nunquam alteri populo dabitur, ac in æternùm firmabitur; atque id significari lapide absque manu iacto. Ex hoc apertè patet Messiam, eiusque Legem assimilari Petræ, quæ abscindebatur ex Veteris Legis monte, additur autem absque manibus, quia eius Discipuli euangelizantes hanc Legem, erant homines indocti, vulgares, potentia, & fama omni carentes, atque ex piscium piscatoribus hominum piscatores euasere. Hæc

au-

autem Petra futura erat mons magnus, qui vniuersam terram impleturus erat, vt Deus cognosceretur vti aquæ mare implent, & statuam confracturus erat vt affirmat Isaias cap. 2. Idola penitùs conterentur, *vti factum vidimus ab ea die, quà Euangelium promulgatum fuit, nam periere, qui seruiebant Idolis, & Idolorum cultus versus fuit in verum cultum SS. Imaginum ad maiorem Dei laudem, vt ait Isaias*, & Idola penitùs conterentur: *atque hoc testimonium ab omnibus exponitur de Messiæ tempore. Itaque Lex noua est Petra, quæ per Dei potentiam manifestata fuit.*

Alterum testimonium habetur Zachariæ cap. 3. Eccę enim adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis, quem dedi coram Iosue, super lapidem vnum septem oculi, ecce ego celabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. *Et cap.* 4. Quis tu mons magne coram Zerubabel, & educet lapidem primarium, & exæqua-

bit

כאבן שתהיה להר גדול ותמלא כל הארץ לדעת את יהוה כמים לים מכסים ותשבור הצלם כמאמר הנביא ישעיה שאמר והאליל כליל יחלוף כנראה בחוש שמיום שנכרת האבן גיליון תמו עובדי האליל ועבודת האלילים נתחלף בעבודת הקדושים ליותר הלול של הקדוש ברוך הוא כמו שאמר הנביא והאלילים כליל יחלוף וזאת הנבואה לא יש מפורש שלא יפרש אותה כי אם לזמן המשיח אם כן נראה בפירוש התורה החדשה של המשיח תקרא אבן גיליון שנגלית בכח יהוה : עדות שנית היא בנבואת זכריה פ׳ג׳ פסוק ט׳ שנאמר כי הנני מביא את עבדי צמח כי הנה האבן אשר נתתי לפני יהושוע על אבן אחת שבעה עינים הנני מפתח פתוחה נאום יהוה צבאות ומשתי את עון הארץ ההיא ביום אחד וכפר׳ ד פס׳ו נאמר מי אתה הר גדול לפני זרובבל למשור והוציא האבן הראשה

תשואות

תשואות חן חן לה מי לא
יראה שהנבואה הזאת נאמרה
על התורה החדשה שנקראת
אבן שנגלה ותצא מן התורה
הישנה ואומר שעל זאת האבן
יהיו שבעה עינים שהם סוד
הטבילה וסוד הקיום וסוד
קרבן תורה מנוף המשיח וסוד
התשובה וסוד סדר הקודש
וסוד משיחה האחרונה וסוד
הנשואין כאלה הקדושות
נשאת חן חן לה דוקא שזאת
האבן שהיא התורה החדשה
נותנת חן לא כתורה הישנה
החמורה במצוותיה ועונשה:
ואם יאמר המנגד שזאת
הנבואה לא נאמרה על מלך
המשיח כי אם על בנין בית שני
על יד זרובבל כאשר פירש ר׳
שלמה ירחי ור דוד קמחי:
הלא תראה כי התלמודיים
הקדמונים פרשו אותה על
מלך המשיח כאשר מביא
הילקוט סימן ת׳ק ע׳א׳ על זה
הפסוק אמר רבי תנחומא מי
אתה הר גדול לפני זרובבל
זה מלך המשיח ולמה קורא
אותו הר גדול שהוא גדול
מכל.

bit gratiam gratiæ eius. *Quis non aduertit Prophetæ testimonium quadrare in Legem Nouam, quæ vocatur* Petra manifestata, *& prodijt ex Lege Veteri, & additur super hanc Petram septem oculos, videlicet septem Sacramenta Legis Nouæ, quorum primum est Baptismus, secundum Confirmatio, tertium Eucharistia, quartum Pœnitentia, quintum Ordo, sextum Extrema Vnctio, septimum Matrimonium; atque per hæc Sacramenta in Lege Noua impertiendam gratiam aliter quàm in Lege Veteri, quæ & præceptis, & pœnis grauis erat. Quòd si aduersarius dixerit hoc testimoniũ non affirmari de Messia, sed de ædificio secundæ Domus à Zerubabel constructæ, vti exponunt Rabbi Salomon Jarbi, & Rabbi Dauid Kimchi, profectò aduertes ab antiquis Thalmudistis illud explicari de Messia, vt habetur in Jalchut in signo 571. in eodem versiculo ait Rabbi Tanchuma: Quis es tu mons magne ante Zerubabel, hic est Rex Messias: cur autem vocant montem magnum, quia Maior est Patriarchis,*

chis, vt affirmat Isaias: Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis est valdè. *Eleuatus magis quàm Abraham, vt dicitur Gen.* Et eleuaui manũ meam ad Dominum excelsũ possessorẽ cœli & terrę. *Sublimis plusquam Moyses, vt habetur Num.* Vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo. *Excelsus magis quàm Angeli, quod dicitur de eis in Izach.* Et altitudo eorum, & horribilis aspectu, &c. *Ex quo prodibit, ex Dauid qui dicitur filius Salamonis Rechabam, &c. vsque ad Anani sunt septem. Quis est iste Anani? hic est Rex Messias, qui dicitur in Daniële:* Et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & in conspectu eius obtulerunt eum, & educet lapidem primarium. *Hic est lapis Jacob, de quo dicitur in Gen.* Surgens Iacob manè tulit lapidem, *& ita Daniël,* Secundùm quod vidisti, quòd de monte abscissus est lapis absq; manibus. *Omnia sunt hæc verba R. Tanchumà..*

Tertium testimonium legitur c. 28. Gen. v. 11. cùm narratur Jacobum, dùm è parentis domo discedebat ad Chanahan deuenisse in montem, qui dicitur Morias, & cùm somnum in occasu Solis ibi capere vellet, accepisse ex hoc monte lapides, eosque capiti suppo-

מכל האבות שנאמר הנה ישכיל עברי ירום ונשא וגבה מאוד ירום מאברהם שנא׳ הרימותי ידי אל אל עליון קונה שמים וארץ: ונשא ממשה שנא׳ כי תאמר אלי שאהו בחקו: וגבוה ממלאכי השרת שכתוב בהם וגביהם וגובה להם ויראה להם סביב: ממי הוא יוצא מדוד שנא וכן שלמה רחבעם בנו וכ׳ עד ענני שבעה מיהוא זה ענני זה מלך המשיח שנא׳ בדניאל וארו עם ענני שמיא כבר אנש אתי הוה וקדמוהי הקרבוהי והוציא האבן הראשה זו אבנו של יעקוב שנאמר וישכם יעקוב בבקר ויקח את האבן וכן בדניאל חזי הוית עד דאיתגזרת אבן דלא בידיין עד כאן דברי ר׳ תנחומה: ועוד שלישית מבראשית פר׳ כח׳ פס׳ י״א׳ כשאומר שיעקוב ב בלכתו מבית אביו ללך לחרן שפגע במקום שהיה הר המוריה ורצה ללון שם כי בא השמש ויקח מאבני המקום וישם

Ja-

וישם מראשותיו ואחר נבואתו
סופר שקם בבקר ולקח את
האבן אשר שם מראשותיו
כאן אומר אבן בלשון יחיד
ולמעלה אמר אבנים בלשון
רבים לכן הסכימו כל ה
המפרשים שבדרך נס נעשו
האבנים אבן אחת אבל נפל
המחלוקת בין מפרשי התורה
יש מהם שאמרו שהאבנים
היו יב׳ לרמוז ליעקב שלא
יהיה כאבותיו אברהם ויצחק
שהיו להם שני בנים ונפרדים
ביניהם אחד צדיק ואחד רשע
כיצחק וישמעאל ויעקב ועשו
אבל ליעקב יהיו לו שנים עשר
בנים כולם צדיקים לזה
נתאחדו האבנים ונעשו אחת׃
ויש מהם שאומרים שהאבנים
היו שלשה ודעת היהודים
לרמוז על השלשה האבות
אברהם יצחק ויעקב ולדעת
הנוצרים לרמוז על סוד השלש
אב בן רוח הקודש אלוה אחד
ולא שלשה אלהות לא אחר׃
ולעניוות דעתי נראה דוקא
שהאבנים היו שנים לפי שאם
היו יותר היה לו לפרש מספרם
והרמז

fuisse. Et postea refertur eodem libro Jacobum manè accepisse eam Petram, quā capiti supposuerat, in numero singulari, cùm superiùs dixisset, lapides in numero plurali, in quo conueniunt omnes Interpretes eos lapides admirabiliter vnicum lapidem euasisse. Verùm inter eos controuersia est; aliqui affirmant lapides fuisse duodecim, quò significaretur eum duodecim filios habiturum, non vti eius Pater Isaac; qui duos filios habuit bonum & malum, Jacobum & Esaù, nec vti eius auus Abraham, qui similiter duos habuit filios bonum & malum, Isaac & Ismaëlem, sed Jacobus habiturus erat duodecim filios, & omnes quidem bonos, & propter hoc lapides coniuncti fuere, & euaserunt vnum. Alij asserunt lapides fuisse tres, & Hebræi opinantur hisce lapidibus significari tres Patriarchas, Abraham, Isaac, & Jacob. Christiani autem sentiunt significari mysterium Sanctissimæ Trinitatis, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, Deum vnum, non plures Deos. Verùm secundùm tenuem meam intelligentiam, mihi videntur ij lapides fuisse tantummodo duo, nam si plures quàm duo fuissent, numerus eorum explicandus erat,

& ij

והרמז שרמז לו הוא על
התורה הישנה והתורה
החדשה שהם הסלם לעלות
אל אלהים : והרבעית מישעיה
כח׳ לכן כה אמר יהוה הנני
יסד בציון אבן אבן בחן פנת
יקרת מוסד מוסד המאמין
לא יחיש ואומר ר׳ שלמה
שהשם יתברך גזר שישלח
מלך המשיח שיהיה בציון לאבן
בוחן א׳כ׳ המשיח נקרא אבן
והפסוק כופל אבן אבן אחת
למשיח ואחת לתורתו
ששניהם יקראו אבן מכל אלו
הארבעה נבואות יוכח
שהתורה החדשה נקראת אבן
א׳כ׳ אבין גיליון שורשה מלשון
עברי והיא אבן שנגלה על ידי
אנשים שלא היה להם יד ושם
עד שנתמלאו מרוח הקדוש
כמו שנא ולהיות כל זה שהיה
ברור בזמן המשיח הקדוש מתי
קרא ספרו אבן גיליון אבל
אנשי התלמוד האחרונים
אשר רצו להכחיש האמת
היו קורין במקום בית ואו או

& ij duo lapides significabant Legem Veterem, & Legem Nouam, quæ sunt Scala, per quam ad Deum ascendamus.

Quartum testimonium affertur ab Esai. cap. 28. Idcircò hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, à fundamento fundatum, qui crediderit non festinet. *Ait R. Salomon Deum decreuisse mittere Regem Messiam, qui futurus erat Lapis lydius: itaque Messias vocatur Petra, & bis repetit Petra, Petra, videlicet ad indicandum Messiam, & ad indicandum ipsius Euangelium, quippè tàm ille, quàm hoc vocatur Lapis in hisce quatuor testimonijs, significatur Nouam Legem nuncupari Petram; itaque Euangelij nomen prouenit ex radice Hebraica* אבן *id est Lapis, qui manifestatus est per homines, qui nec potentia, nec fama illustres fuere, vsque ad Spiritus S. aduentum, quò imbuti sunt, sicut dictum est. Itaque concludimus, cùm hoc fuerit tempore Messiæ S. Matthæum historiam Euangelicam, quàm Hebraicè scripsit, nominasse Euenghilion*, Petram manifestatam; *sed Thalmudistæ, qui post Euangelium vixere, cùm rei veritatem celare vellent, hac de causa non legerunt hanc vocem cum Beth, sed cum*

✠✠✠ *Vau,*

במקום אלף עון כדי להחשיך
אור האבן גיליון כאשר
ניבא הנביא ונידור לו פרק
בפני עצמו:
במסכת שבת פרק כל כתב
יו׳ אומר אבני גיליונים שורפין
אותם וספרי המינים (שכך
קורין הנצריים) וספר תורה
שכתבו מין ישרוף עם השמות
הקדושים שבו ר׳ מאיר היה
קורא להם עון גיליון ור׳ יוחנן
היה קורא אותם און גיליון
ואלה השני תלמידים אחרונים
היו כך מלמדים לתלמידיהם
כדי להחשיך ולהסתיר האבן
הוא בעבור שנאתם שהיה
להם עם משיחנו ובך השנאה
תקועה בלבם שמחלפים
האותיות עצמיות מה שמודים
מלבם הם מנגדים ולא חמלה
שהיא אבן גיליון ובך נוכל
לקרא נבואת יעקב שלכך
מאוני המקום או מעוני
המקום ובזה יכל לשנות כל
התורה כלה אבל אל תתמה
הואבי הקורא מהוצפי
היהודים לפי שהם מלמדים
למורי השטן בתלמודיהם
שהוא

Vau, nam cum Vau significat tortum, *vel pro Euen, legerunt Auon, quod sonat* peccatum, *ad Euangelij veritatem occultandam, vt Is. prædixit, & nos peculiari capite explicabimus.*

In Sabat c. 16. cuius initium est, כל כתב, *habetur, Euangelia comburentur, & libri Hæreticorum (quo nomine intelliguntur ab eis Christiani) & liber Legis Moysis ab Ethnico scriptus cremabitur cum nominibus sacris, quæ ibi continentur. Rabbi Mebir nominabat Euangelia* Peccatum manifestum; *& Rabbi Jochanan* Iniuriam apertam; *atque ij ambo Rabbini, qui Antonini Pij tempore vixerunt, ita suos discipulos instruebant ad celandam veritatem; ex odio, quo Christum prosequebantur. Sic & tantum huic odio indulgent, vt mutent voces substantialiter, ideòque non oppugnant nostram vocem, sed eam quam ipsi excogitarunt; sic etiam posset legi testimonium Jacobi, ac dici,* Lapides, quos supposuit capiti suo, *posse explicari* Iniquitates; *quod etiam de alijs testimonijs affirmare liceret. Verùm admirationi non sit Lectori hæc impudens Hebræorũ ignorãtia, cum sua doctrina, suisque documentis sequantur ductum & magisteriũ Dæmonis,* qui

qui Pater eſt mendacij, atque huius rei duo tantùm exempla narrabo omiſſis alijs vt breuitati conſulam.

Refertur in tract. Meghila cap. 4. Senatus Romanus decreuit, vt Hebræi Sabbatum non cuſtodirent, nec eorum aut mulieres purificarentur, aut filij circumciderentur ſicut ſolent. Adiuit Senatum Hebræus nomine Reuben Hiſtarbolt filius, more Romano indutus, nec vti Hebræus agnitus fuit, allocutus hac ratione Senatum eſt; Si quis aduerſarium haberet, cuperet vt is pauper eſſet, an diues? Senatus reſpondit, Pauper. Tunc ſubiecit ipſe, Sinite igitur vt Hebræi noſtri hoſtes non operentur Sabbato, ſed lautè comedant, vt hac ratione inopes euadant. Mox decretum de Sabbato non cuſtodiendo abrogatum eſt. Deinde adiecit, Si quis aduerſarium haberet, ægrotumne an ſanum vellet? Subiecit Senatus, Aegrotũ. Tum ipſe, Sinite, inquit, vt Hebræi noſtri hoſtes circumcidantur, & infirmentur. Mox decretum de circumciſione tollenda ſublatum eſt. Demùm ſic allocutus Senatũ fuit, Si quis aduerſarium haberet, optaretne hic creſceret an minueretur? Et reſpondit Senatus, eum optaturum vt minueretur. Ipſe ſubiecit, Permittite igitur vt Hebræi

שהוא מנגד האמת ואב לכזב ומזה נביא שתי מעשיות ואניח כמה אחרים לאהבת הקיצור :

במסכת מעילה פרק רביעי אומר שפעם אחד גזרת מלכות רומי על ישראל שלא ישמרו שבת והנדות ושלא ימולו בניהם כמנהגם : הלך ראובן בן איסטרבולי בלבוש רומיים ולא נכר שהיה יהודי ואמר לעצה אחד שיש לו שונא ירצה ששונאו יהיה עשיר או עני אמרו לו עני אמר אם כן הניחו ליהודים שונאינו שישמרו שבת בעבור שלא יעשו מלאכה ויענגו ובטלו הגזרה של שבת אחר זה חזר פעם אחרת ואמר מי שיש לו שונא רוצה אותו בריא או חלה אמרו לו חלה אמר להם אם כן הניחו ליהודים שונאינו שימולו בניהם כדי שיחלושו ובטלו גזרת המילה אחר זה חזר ואמר מי שיש לו שונא ירצה שיתרבה או יתמעט אמרו לו יתמעט אמר להם אם כן הניחו ליהודים שונאינו שלא

יבעלו את נשותיהן בטומאתן
כדי שימעטו ובטלו הנזרה על
טהרת נשים אחר זה הכירו
שהיה יהודי וחזרו הגזרות מיד
היהודים שבארץ ישראל נועדו
על זה ואמרו מי ילך לרומה
ויבטל את הנזרה אמרו ילך
רבי שמעון בן יוחאי שהוא
מלומד בניסים ועמו רבי אלעזר
בר רבי יוסי בלכתם בדרך יצא
לקראתם בן תמליון (פירש
רש״י שם שד) כשראה אותו
רבי שמעון בכה ואמר שפחת
בית אבא (הגר שפחת
אברהם) נזדמן לה שתי
פעמים מלאך אנו שהולכים
לעבודתו יתברך לא נגלה
אפילו פעם אחד מכל מקום
יבוא הנס מכל מה שיהיה:
אמר להם בן תמליון אם תרצו
אני אלך לפניכם ואכנס בבתו
של קיסר ותשתגעה ולא
תמצא תרופה עד שתבואו
אתם ותאמרו לי בן תמליון
צא ואצא ואז הקיסר יעשה
רצונכם וכן עשה כשבא רבי
שמעון בן יוחאי לרומה קראו
אותו לרפאת את בת הקיסר
וכשבא

nostri hostes tempore, quo mulieres immundæ sunt, nullum cum eis commercium habeant, atque hac ratione minuantur. Verum cùm Romani intellexissent huiusmodi hominem Hebræum esse, illicò decretū, quod sustulerant, firmarunt. Tunc Hebræi in Palæstina morantes, cùm deliberassent quid agendum erat, miserunt Romam ad hanc sententiam iam latam reuocandam Rabbi Simeonem filium Jochai, qui consueuerat miracula patrare, & cum ipso etiam missus fuit Rabbi EleaZar Iosè filius; dùm iter habebant, occurrit illis Ben Tamalion (exponit R Salamon hoc nomen esse Dæmonis) vbi R. Simeon illum conspexit, fleuit, ac dixit: Ancilla nostri parentis Abraham habuit bis in itinere Angelum; nobis qui diuini obsequij causa iter habemus, non Angelus occurrit, sed Dæmon; nihilominus patretur miraculum etiam per Dæmonem. Ben autem Tamalion, Si vobis libet, inquit, ego ibo, & Imperatoris filiam occupabo, neq; ex ea egrediar, nisi hæc verba proferetis: Ben Tamalion egredere, & egrediar, & mox Imperator votum vestrum explebit. Sic Rabbi Simeon Romam accedens, vocatus ad Imperatoris filiam liberandam vsus

illis

illis verbis, Egredere Ben Tamalion, eamdem liberauit. Illicò Imperator quæsiuit, quid ipsi cuperent? & illi responderunt, quòd decretum iam latum deleret; & statim à Cæsare decretũ omninò abrogatum fuit hactenus: Quis hanc audiens narrationem non afficietur stupore? Dæmonem, cuius consuetudo est, suadere hominem, vt Dei mandata violet, quemadmodum cœpit ab ipso mundi initio suadere Euæ vt vetitum pomum libaret, nunc aliter agere, nec suadere, vt Legem infringant, sed potiùs custodiant Hebræi, Legem videlicet antiquam, sicut aiebat Christus dum reprehendebatur ab eis, quòd Dæmones in Beelzebub eijceret. Dicimus itaque tempore Simeonis, qui vixit 110. annis post Saluatoris aduentum, fuisse Legem Nouam declaratam, & Veteris tempus iam absolutum, eiusque præcepta non esse ampliùs obseruanda, & tunc auxiliatus est eis, vt Deo aduersarentur; ideoque nominauere Euangelium Auon ghilaion, Peccatum manifestum.

Habetur etiam alia narratio in Berescit Rabbà capite 625:

ובשבא אמר בן תמליון צא ויצא ונתרפאה בת הקיסר ומיד שאל להם מה רצוניכם ואמרו לו יבטלו הגזרות עד כאן: וכל מי שיש לו אזנים ושומע זה יתמה איך השד שהוא השטן שדרכו הוא לפתית את האדם שלא יעשה רצון אביו שבשמים כאשר עשה מיום שפתה את חוה עד היום הזה ועה״ה לא די שלא ישיא אותם לעבור על דת אלא שהוא ישראל שיעשו ויקימו המצוות העקריות כמאמר ישוע משיחנו במתי פר׳ יב. פס׳ כה׳ כו׳ כ״ז כשאמרו שבבעל זבוב הוא היה מוציא הרוחות לכן על כרחך שאז בזמן רבי שמעון בן יוחאי שהיה כמו מאה ועשר שנים אחר לידת משיחנו והיה זמן שנגלה התורה החדשה והתורה הישנה כבר נשלמה זמן עשיית אלו מצוות ואז סייע אותם לעשות נגד יהוה לכן היו קוראים לתורה החדשה עון גליון:

ה׳ כאשר מספרים בברשית רבה

רבה פר' ס"ג בדף ל"ט עמוד ד'
אומר דקליטיינוס מלכא הוה
רעי חזירין בהרא טיבריה וכיון
דהוה מטי סרריה דרוכי הוו
מינוקא נפקין ומחיין ליה
לבתר יומין איתעביד מלך
נחרת ויתיב ליה בהרא פניים
נא פמיים ושלח כתובין
לטבריא כפני המשא דער
דערובתא אמר אנא יתיב
קילון דיהוון רברבני דיהודאי
קיימין קודמי בצפרא דחד
בשבתא פקדיה לשליחא אמר
ליה לא תתן יתהון להו אלא
עם מטעמי יומא דערובתא
נחרת רבי שמואל בר נחמן
למיסחי חמתיה לרבי דהוה
קאים קומי סררא רבה ראה
פניו חולניות אמר לו למה
פניך חלניות אמר כן וכן
אשתדר ליכתבין מן מלכותא
אמר ליה איתא סחי דבריך
עביד לנא נסין עלין למיסחי
ואתא הדין ארגינתין מנחיך
ומרקיד קדמיהון בעא רבי
דיזעף ביה אמר לו רבי שמואל
בר נחמן רבי שבקיה דזמין על
נסין הוא מתחמא אמר ליה
מריך

63. col. 4. f. 39. Diocletianus Rex, cùm in adolescentia porcos pasceret, apud Tiberiadem ab Hebræis pueris prodeuntibus è Gymnasio contumelijs afficiebatur; Rex autem creatus studio vlciscendi Hebræos commorans in Vrbe Panias, bidui spatio à Tiberiade distante, literas die Veneris declinante misit ad Hebræos, qui Tiberiade manebant, eosque iubebat ad se accedere postridie Sabbati, ac præterea easdem literas iussit Hebræis dari tantummodo post meridiem diei Veneris; id tempus R. Samuël filius Nahcman, balneum, vbi lauaretur, petebat. Conspicatus autem eum vultu mœstum, interrogauit, vnde hæc mœstitia oriretur? respondit ille, se tristari ob literas ab Imperatore missas. Tunc Samuël ad Rabbi Judam sanctum, Egredere, inquit, & lauare, Deus enim miracula in hypocausto pro nobis operabitur. Tunc Argentinus (quem interpretantur Balnei Diabolum) saltabat coram ipsis, & pedibus exultabat. Rabbi autem Judas id videns, increpare Dæmonem volebat; at R. Samuël subiecit: Sine illum, nam sæpè se nobis exhibet, vt miracula efficiat. Conuersus autem R. Samuël ad Argentinum eum reprehendit, quòd saltaret, ob reas a-

ge-

geret, dum eius dominus in angustijs versabatur; Dæmon & saltans, & exultans respondit, Ite, comedite, bibite, & celebrate hilariter Sabbatum, nam dominus (Marcon appellatus) mirabilia pro vobis patrabit, & ego efficiam, vt diem Sabbatum sequente mane Vrbem Panias teneatis. Sub finem diei Sabbati Argentinus eos arripuit, atque ante mœnia Vrbis statuit. Imperator admonitus Hebræos ante mœnia morari, prohibuit portas Vrbis aperiri. Tunc Argentinus eos intra Ciuitatem deportauit; quod vbi Imperator cognouit, Hebræos videlicet in Vrbe morari, præcepit eis, vt antequam ipsum adirent, accederent ad balneum, præcipiens vt in hypocausto vehementissimus ignis arderet, quo illi comburerentur: at Argentinus ignem leniebat, quo facto, cùm illi ingressi fuissent sese abluerunt, ac postea ad Imperatorē se deportarunt. Tunc ille ad eos: Quia, inquit, vester Deus admirabiliter vobiscũ agit, idcircò Imperatorē contemnitis? At illi: Diocletianum porcorum pastorem contempsimus, at Diocletianum Regem colimus. Subiecit Diocletianus: hac de causa neminem contemnatis, pauperem

מריך בעקא ואתקאים נחין
ומרקד אמר להון אזלון
ואכלון ושתון ועבדון שבא
טובה דמריכון עביד לכון נסין
ואנא מקים לכון קודמוי
בצפרא דבתר בשבא באפוקי
שבתא בתר סידרא נסבון
ואקימהון קודם פילי דפניים
עלון ואמרין לית הא קימין
קודם פיילי אמר סנרון פילי
נסבוהן ואיקמון על מטכסא
דמרינת עלון ואמרין ליה אמר
קלון אנא כי כני תלתא יומין
ויעלון ויסחון ויאתון לגביא
אזלון ואתון כי בני תלתא
יומין ועאל חד ארגינטין ומזגא
קודמיהון ועלון וסחון ואתון
לגביה אמר להון בנין דאתון
ידעין דאלהכון עביד לכון נסין
אתון מקילין למלכא׳ אמרין
ליה לדיוקליטיינוס רעי חזירין
אקילין ברם לדיוקליטיינוס
מלכא אנן משועבדים אמר
להון אפילו כן לא תבוזן לא
ברומי זעיר ולא בנוליד זעיר׳
והא סוף המעשה וכן לא שלח
השם מלאך לשנן את האש

ac vilem Romæ, ac in exercitu. Et hic finis narrationis est. Itaque non missus est à Deo Angelus ad mitigandum ignem, quemadmo-

כאשר שלח מלאכו גבריאל לשנן את האש לחנניה מישא ועזריה אבל הנס נעשה על ידי השר ארגינטין אשר רצה שישמרו השבת בשמחה לכן אינו מן התימא אם היהודים נגדים לאבני הגיליון ושומרין תורתם לרצות לשטן לא לאי ית׳:

כאשר נאמר בישעיה פר׳ ח׳ והיה למקדש ולאבן נגף ולצור מכשול לשני בתי ישרא׳ לפח ולמוקש ליושבי ירושלם: וכשלו בם רבים ונפלו ונשברו ונוקשו ונלכדו מזה עדות ברור שהוא נאמר על זמן תורה חדשה שאף על פי שנותנת לתת חן לכל העולם מכל מקום לפי שקראים האבן החן אבן עון היא לשני בתי ישראל לסופרים ולפרשים אבן מכשול כפי רשעתם כמאמר ישוע הוי לכם סופרים והפרשים וכלי שהיה ידוע שר׳ יוחנן שהיה קורא אותו עון גיליון היה מתלמידי הלל ורבי מאיר שהיה קורא אותו און גיליון היה מתלמידי שמי מאו דבר הנביא

modum misit Gabriëlem dum Ananiã, Misaëlem, & Azariam liberauit; sed hoc miraculum præstitum ab Argentino Dæmone fuit, qui vult hilariter Sabbata ab Hebræis celebrari; ideoque mirum non est, si Euangelium Hebræi oppugnantes, legem suam seruant, vt placeant Diabolo; non Deo, &c.

Habetur in Isaia cap. 8. Et erit vobis in sanctificationem, in lapidem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israël, in laqueum, & ruinam habitantibus Ierusalem; & offendent in eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irritientur, & capientur, liga testimonium, signa legem discipulis meis, & expectabo Dominum, qui abscondit faciẽ suam â domo Iacob, & præstolabor eum. *Patet ex hoc testimonio id prolatum de tempore Nouæ Legis, quæ etsi instituta fuit ad dandam omnibus gratiam, tamen est lapis offensionis, scilicet passiuæ ex eorumdem Hebræorum malitia, duabus domibus Israël, hoc est Scribis & Pharisæis, qui hanc gratiæ Petram nominant* Petrã peccati. *Quòd si compertum fit R. Jochanan affirmare Auon ghilaion esse vnum ex discipulis Hillel, & R. Mehirũ, à quo vocabatur* Peccatũ, *fuisse discipulum Sam-*

Sammai, de his Propheta loquutus fuit, & erit in lapidem offensionis, in laqueum, & ruinam duabus domibus Israël: *nam omnia mala, quæ passi sunt Hebræi, ideò patiuntur, quia nolunt cognoscere Messiam, de quo loquitur Propheta quemadmodũ habetur in Thalmud tract. Sanedrim cap 7. vbi hoc declaratur de tempore Messiæ, & hæc verba proferuntur*: Filius Dauid non veniet, nisi duabus domibus Israëlis absolutis, quæ sunt videlicet caput Babylonicæ captiuitatis, & Princeps Terrę sanctæ, vti dictum est in Isa. & erit vobis *&c. Si autem cognoscere libet, quænam sunt hæ geminæ domus, illud noueris in toto Thalmud, aut in Rabbinorum libris, quòd omnes Rabbini vario præceptoris nomine nuncupati fuere, nempè Rubi, Rab, aut Raban, exceptis hisce duabus, videlicet domum Sammai, & domum Hillel, quæ tempore aduentus Christi vigebant: nam Hillel pater fuit Gamalielis, qui S. Paulum instruxit, atque constant cultores harum domorum inter se aduersari in omnibus ferè legis præceptis, adeò vt quod alter approbat vt licitum, alter improbat vt vetitum: atque de hoc ipsi conqueruntur Hebræi, quòd videlicet post has geminas domus erectas*

הנביא והיה לאבן נגר ולצור מכשול לשני בתי ישראל לכן כל הצרות שעברו על היהודים ושיהיו שלא רצו להכיר המשיח שנבא עליו הנביא כאשר נאמר בתלמוד ב במסכת סנדרים פר׳ חלק ששם מפרשים הנבואה על ביאת משיחנו וזל אין בן דוד בא אלא עד שיכלו שני בתי ישראל שהם ראש גלותא דבבל ונשיא שבארץ ישראל כאשר נאמר בנביא והיה למכשול ואם תרצה לדעת מי הם השני בתים זה תבין מי שהוא בקי בתלמוד ובספרי המדרשים שלכל הרבנים נקראו או בלשון רבן או רבי או רב חוץ משנים שנקראו בשם בתים והם בית שמי בית הלל שהיו בזמן משיחנו שהלל היה אב של גמליאל רבו של הקדוש פאוולו ואלו השני בתים נחלקו על כל מצוות התורה זה מתיר וזה אוסר ומזה מקננין היהודים שאחר שבאו אלו השני בתים נעשה

✠✠✠✠ ctas

נעשית התורה כשני תורות
וכמסכת ברכות נאמר שבית
הלל נעשה נשיא שמונים שנה
קודם קרבן הבית על ידי תיתו
ויספתיאנו וכמסכת שבת פ׳ שני
שמונה עשר גזרות גזרו באותו
היום וכמצוות התורה מהם
הוסיפו ומהם גרעו שעל זה היה
ישוע משיחנו מקונן כמו שנא׳
במתי אוי לכם וכ׳ שהיה ישוע
מקונן עליהן ששמו משאות
רבות על העם והיו מבטלים
התורה בגזרותיהם לכן נבא
ישעיה והיה למקדש שהוא גוף
המשיח כמו שאומר בעצמו
שאחריבה מקדש וכג׳ ימים
אבנהו היה אומר על גופו:
והיה לאבן נגף לאשר הולכים
אחרי אלו הרבנים שקוראים
לאבן גיליון עון או און גיליון
ויכשלו ונוקשו בידי הרומיים
והיו משועבדים בכל זמן שיהיו
מגדפים ישוע אדננו ותורתו:
לכן הואבי הקורא אחלה פניך
בשתקרא בזה הספר לא
לקנתר אלא להודות על
האמת שאלהים יתן לך שכל
להבינו כאשר תראה
בחיבור

ctas lex diuisa fuerit in duas leges. In tract. Berachot perhibetur domum Hillelis octuaginta annis ante templi ruinam, & ante Titum Vespasianum fuisse inchoatam: & in Sabat cap. 2. dicitur, tunc fuisse allatas multas sententias, & sepes de legis præceptis. & quibusdam in locis nonnihil additum est ab ipsis, & in alijs aliquid deletum, de quibus Christus conquerebatur, ab ipsis populo imponi onera grauia, ac legem tolli per ipsorum traditiones; idcircò prædicit Isaias futurum Sanctuarium, hoc est Corpus Christi, vt & ipse Christus professus est, Destruam templum hoc, & post triduum reædificabo, *de suo Corpore loquens.*

Erit lapis offensionis omnibus illis, qui hosce Rabbinos sequuntur, nuncupantes hanc Petram *Auen ghilaion, vel Auon ghilaion, & inuoluentur in clade Romanorum, & captiui manebunt vsquequò blasphemias iacient in Christum, eiusque Legem.*

Itaque amice Lector, te rogo, vt si lecturus es meum librum, ne illum contentionis, sed veritatis studio legas, tum enim Deus tibi intelligentiam tribuet ad illum per-

בויכוח אחר שעשיתי וק
וקראתיו כנפי יונה וכוח ששם
אתרץ כל הקושיות שעושים
היהודים נגד המשיח ואם
תעשה כך יקרה לך כמו
שקרה לי לפי שהשינאה
המורגלת שהוא כמו החולה
שממאס מאכל הטוב ואחר
שהסכמתי להודות על
האמת לא לקנתר קרה לי
כאשר קרה למלך שאול
כשנבא לו שמואל ונתן לו
סמנים שנחלף לאיש אחר כן
קרה לי ואחר שקראתי
בספרי הנוצרים מצאתי ש
שדבריהם אמת ברור לא
אמונה ׃ ואל תתמאה אם
אבני הגיליונים כשמביאים
את פסוק מהתורה או מהנ
מהנביאים אין מביאים אותו
כמו שכתוב בספרי היהודים
אלא כפי נוסח השבעים לפי
שהיו כותבים לגוים אצלם
היה מורגלת נוסח השבעים
כאשר עשה גם בן יוסף בן
גוריון שלקח נוסח השבעים
שהיתה מורגלת בין הגוים ׃
אבל אני באלו דהד׳ אבני
הגיליונים

percipiendum, vti videre poteris in alio libro à me scripto de Controuersijs, nuncupato Alæ Columbæ, *vbi soluentur omnes Hebræorum aduersus Messiam dubitationes, atque id tibi, quod mihi, continget, qui partim odio, partim ex mala consuetudine instar ægroti, proba alimenta respuebam, postquam autem statui non contentionem, sed veritatem sequi, idem expertus fui. quod Rex Saul, qui increpitus quibusdam indicijs à Propheta Samuële in alium hominem mutatus est, idem inquam ego expertus sum, nam vbi Christianorum libros euolui, comperi omnia verba esse tam clara, & aperta, ita vt non fides in illis haberi, sed veritas ipsa apparere omnino in illis videatur. Illud etiam ne mireris, si Euangelistæ aliquod Scripturæ testimonium afferentes, illud non afferant ex Hebraico textu, sed ex translatione Septuaginta Interpretum, quia scribebant ipsis gentibus, apud quas 70. interpretatio erat communis, vti videre est apud Josephum de bello Judaico, qui recitans testimonia Hebræorum, recitat illa ex interpretatione 70. Interpretũ, erat enim hæc apud gentes magis in vsu. Verùm ego in hisce Sanctis*

Euan-

הגיליונים אשים נוסח העברית
בגיליון ובתוך הספר נוסח
השבעים ׃ ואחלה לאלהים
שידרכני לדעת האמת
ויסעדני לגמור חבורי שק
שקראתיו כנפי יונה ששם
מורים כללי האמונה בעזרת
האל ׃

Euangelijs Hebraicæ linguæ textum in margine notabo, & in opere interpretationem Septuaginta ſequar, uti habetur.

Deum itaque rogo, ut me ad ueritatem ex illis cognoſcendam perducat, & adiuuet, ut poſſem abſoluere declarationem in libro inſcripto Alæ Columbæ, *quo omnes Chriſtianæ fidei articulos complector.*

APPROBATIONES.

EX Commiſſione Reuerendiſſ. Patris S. P. A. Magiſtri vidi Sancta IESV CHRISTI Euangelia, quæ Ioannes Baptiſta Iona, Hebræi ſermonis peritiſſimus, ad Hebraicum ſtylum traxit, eademque lingua expoſuit, cuius translatio cùm nec aliquid contineat quod non habeatur in Latino, nec aliter habeatur, quàm ab eo verſum eſt, dignam cenſeo vt typis mandetur, qua Fides Catholica, quæ Romana dicta eſt, annuntietur in vniuerſo Mundo, & Iudæi hac editione in eiſdem Euangelijs inter eos euulgatis, ſed corruptis & violatis falſitatis arguantur. Romæ, in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam die 24. Iunij *1639.*

Fr. Ioſeph Ciantes Magiſter, & Romæ ad Hebræos publicus, & Apoſtol. Concionator.

IOannes Baptiſta Iona, iuxta datam ſibi in Sacra, & Hebraica literatura ſcientiam, accurata diligentia Sancta IESV CHRISTI Euangelia tranſtulit in Hebraicum idioma. Si ſupremi Cenſores annuerint, æſtimo Opus edi poſſe in publicum, idque in gloriam eiuſdem Domini IESV, & illuminationem populi Iſraël. Romæ in feſto S. Mariæ Magdalenæ, anno *1659.*

Ita cenſeo Ioannes Nicheus.

Ego D. Iulius Bartoloccius vidi, & emendaui. Hac die 28. Nouembris *1660.*

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſſ. P. M. S. P. Ap.
I. de Angelis Archiep. Vrbini, V. Ger.

Imprimatur, Fr. Pius Manardus Magiſter, & Reuerendiſſ. P. M. S. P. A. Socius.





בשורה הקדושה מישוע המשיח כפי מתי

SANCTVM IESV CHRISTI
EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.



CAP. I.

1 *LIBER generationis
Jesu Christi filij Da-
uid, filij Abraham.*
2 *Abraham genuit Isaac.
Isaac autem genuit Jacob. Jacob
autem genuit Iudam, & fra-
tres eius. Iudas autem genuit*

פ׳ א׳

1 סֵפֶר תוֹלְדוֹת יְשׁוּעַ הַמָּשִׁיחַ
בֶּן־דָּוִד בֶּן אַבְרָהָם׃ 2 אַבְרָהָם
הוֹלִיד אֶת־יִצְחָק וְיִצְחָק הוֹלִיד
אֶת־יַעֲקֹב וְיַעֲקֹב הוֹלִיד אֶת־
3 יְהוּדָה וְאֶחָיו׃ וִיהוּדָה הוֹלִיד
אֶת־

את־פרץ וזרח מתמר ופרץ
הוליד את־חצרון וחצרון
4 הוליד את־רם ׃ ורם הוליד
את־עמינדב ועמינדב הוליד
את־נחשון ונחשון הוליד
5 את־שלמון ׃ ושלמון הוליד
את־בעז מרחב ובעז הוליד
את־עובד מרות ועובד הוליד
את־ישי וישי הוליד את־דוד
6 המלך ׃ ודוד המלך הוליד
את־שלמה מאשת שהיתה
7 מאוריה ׃ ושלמה הוליד
את־רחבעם ורחבעם הוליד
את־אביה ואביה הוליד
8 את־אסא ׃ ואסא הוליד
את־יהושפט ויהושפט הוליד
את־יהורם ויהורם הוליד את־
9 עזיהו ׃ ועזיהו הוליד את־יותם
ויותם הוליד את־אחז ואחז
10 הוליד את־חזקיהו ׃ וחזקיהו
הוליד את־מנשה ומנשה
הוליד את־אמון ואמון הוליד
11 את־יאשיהו ׃ ויאשיהו הוליד
את־יכניה ואחיו כגלות
12 בבל ׃ ואחר גלות בבל יכניה
הוליד את־שאלתיאל
ושאלתיאל הוליד את־
13 זרבבל ׃ וזרבבל הוליד את־
אביהוד

Phares, et Zaram de Thamar.
Phares autem genuit Esron. Es-
ron autem genuit Aram. 4
Aram autem genuit Aminadab.
Aminadab autem genuit Naas-
son. Naasson autem genuit Sal-
mon. 5 *Salmon autem genuit*
Booz de Rahab. Booz autem
genuit Obed ex Ruth. Obed au-
tem genuit Iesse. Iesse autem ge-
nuit Dauid Regem.

6 *Dauid autem Rex genuit*
Salomonem ex ea, quæ fuit Vriæ.

7 *Salomon autem genuit Ro-*
boam. Roboam autem genuit A-
biam. Abias autem genuit Asa.

8 *Asa autem genuit Iosaphat.*
Iosaphat autem genuit Ioram.
Ioram autem genuit Oziam.

9 *Ozias autem genuit Ioatham.*
Ioatham autem genuit Achaz.
Achaz autem genuit Ezechiam.
10 *Ezechias autem genuit Ma-*
nassen. Manasses autem genuit
Amon. Amon autem genuit
Iosiam. 11 *Iosias autem genuit*
Iechoniam, & fratres eius in
transmigratione Babylonis.
12 *Et post transmigrationem*
Babylonis: Iechonias genuit Sa-
lathiel. Salathiel autem genuit
Zorobabel.

13 *Zorobabel autem genuit*
Abiud.

Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. 14 *Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.* 15 *Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob.* 16 *Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus.* 17 *Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.*

18 *Christi autem generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.* 19 *Ioseph autem vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam.*

20 *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum*

אביהוד ואביהוד הוליד את־
אליקים ואליקים הוליד את־
14 עזור׃ ועזור הוליד את־צדוק
וצדוק הוליד את־חכים
וחכים הוליד את־אליהוד׃
15 ואליהוד הוליד את־אלעזר
ואלעזר הוליד את־מתן ומתן
16 הוליד את־יעקב׃ ויעקב
הוליד את־יוסף איש מרים
שממנה נולד ישוע הנקרא
17 משיח׃ לכן כל התולדות
מאברהם עד־דוד תולדות
ארבעה עשר ומדוד עד־גלות
בבל תולדות ארבעה עשר
ומן גלות בבל עד־המשיח
תולדות ארבעה עשר׃
18 ותולדות המשיח כך היתה
אחר שאמו מרים ארשה
ליוסף ובטרם שנתיחדו
נמצאת שהיתה לה בבטן
19 מרוח הקדוש׃ ויוסף אישה
בהיותו איש צדיק ובלא
אבה לפרסמה רצה לעזוב
19 אותה בסתר׃ ובחשבו אלה
הדברים והנה מלאך יהוה
נראה אליו בחלום לאמור
יוסף בן דוד אל תירא מקחת
מרים אשתך כי מה שנולד
בה

21 בה מרוח הקדוש הוא: ותלד
בן ותקרא את־שמו ישוע
כי הוא יושיע את־עמו
22 מחטאתם: וכל־זה היה
למלאות אשר נאמר מאת
כ' א' ישע' ז יהוה על־יד־הנביא האומר:
* וילדת 23 הנה העלמה הרה * ותלד בן
† וקראת † וקראו שמו עמנואל שרוצה
24 לאמר יהוה עמנו: וכשיקץ
יוסף מהשנה עשה כאשר
צוה לו מלאך יהוה ויקח
25 אשתו: ולא ידעה עד אשר
ילדה בנה הבכור ויקרא שמו
ישוע:

פ' ב

1 ובהיות שנולד ישוע בבית־
לחם יהודה בימי הורודוס
המלך הנה החרטמים באו
2 ממזרח לירושלים: ואמרו
איה הוא מי שנולד מלך
יהודים כי ראינו כוכבו במזרח
ובאנו להשתחוות לו:
3 וכשמע הורודוס המלך
נבהל הוא וכל ירושלים עמו:
4 ויאסוף את־כל־שרי הכהנים
וסופרי העם היה דורש מהם
באי זה מקום ילד המשיח:
והם

est, de Spiritu sancto est. 21 *pa-
riet autem filium: & vocabis
nomen eius JESVM: ipse enim
saluum faciet populum suum à
peccatis eorum.* 22 *Hoc autem
totum factum est, vt adimplere-
tur quod dictum est à Domino per
Prophetam dicentem:* 23 *Ecce
virgo in vtero habebit, & pa-
riet filium: & vocabunt nomen
eius Emmanuël, quod est inter-
pretatum Nobiscum Deus.*

24 *Exurgens autem Ioseph à
somno, fecit sicut præcepit ei An-
gelus Domini, & accepit coniu-
gem suam.* 25 *Et non cognosce-
bat eam donec peperit filium suum
primogenitum: et vocauit nomen
eius JESVM.*

CAP. II.

1 *CVm ergo natus esset Ie-
sus in Bethlehem Iuda
in diebus Herodis regis, ecce Ma-
gi ab Oriente venerunt Ierosoly-
mam,* 2 *dicentes: Vbi est qui
natus est rex Iudæorum? vidi-
mus enim stellam eius in Oriente,
& venimus adorare eum.*

3 *Audiens autem Herodes rex,
turbatus est, & omnis Ierosoly-
ma cum illo.* 4 *Et congregans
omnes principes Sacerdotum, &
Scribas populi, sciscitabatur ab
eis, vbi Christus nasceretur?*
5 *At*

5 *At illi dixerunt ei: In Bethlehem Judæ: Sic enim scriptum est per Prophetam: 6 Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Jſraël.*

7 *Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis: 8 & mittens eos in Bethlehem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.*

9 *Qui cùm audiſſent regem, abierunt. & ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens staret ſupra vbi erat puer.*

10 *Videntes autem stellam gauiſi ſunt gaudio magno valdè.*
11 *Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum. & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.*
12 *Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam. 13 Qui cùm receſſiſſent, ecce Angelus Domini*

appa-

וְהֵם אָמְרוּ לוֹ בְּבֵית־לֶחֶם 5
יְהוּדָה כִּי כֵן נֶאֱמַר עַל־יַד
הַנָּבִיא ׃ וְאַתָּה בֵית־לֶחֶם 6
אֶרֶץ יְהוּדָה אֵינֵךְ צָעִיר
בְּאַלְפֵי יְהוּדָה כִּי מִמֵּךְ יֵצֵא
נָגִיד שֶׁיִּמְשׁוֹל בְּעַמִּי יִשְׂרָאֵל ׃
אָז הוֹרוֹדוֹס קָרָא לַחֲרְטֻמִּים 7
בַּסֵּתֶר וְלָמַד מֵהֶם הֵיטֵב עֵת
הַכּוֹכָב שֶׁנִּרְאָה אֲלֵיהֶם ׃
וַיִּשְׁלַח אוֹתָם לְבֵית־לֶחֶם 8
וַיֹּאמֶר לְכוּ וְדִרְשׁוּ הֵיטֵב עַל
הַיֶּלֶד וְכַאֲשֶׁר תִּמְצָאוּהוּ
הַגִּידוּ לִי לְמַעַן אָבֹא גַּם אֲנִי
לְהִשְׁתַּחֲוֹת לוֹ ׃ וְכַאֲשֶׁר שָׁמְעוּ 9
אֶת־הַמֶּלֶךְ הָלְכוּ לָהֶם וְהִנֵּה
הַכּוֹכָב שֶׁרָאוּ בַּמִּזְרָח הָלַךְ
לִפְנֵיהֶם עַד שֶׁבָּא וְעָמַד מִמַּעַל
לַמָּקוֹם אֲשֶׁר שָׁם הַיֶּלֶד ׃
וּבִרְאוֹתָם הַכּוֹכָב שָׂמְחוּ שִׂמְחָה 10
גְּדוֹלָה עַד־מְאֹד ׃ וּבְבוֹאָם 11
בַּבַּיִת מָצְאוּ אֶת־הַיֶּלֶד עִם
מִרְיָם אִמּוֹ וּבְנָפְלָם לָאָרֶץ
הִשְׁתַּחֲווּ לוֹ וַיִּפְתְּחוּ אוֹצְרוֹתָם
וַיַּקְרִיבוּ לוֹ מַתָּנוֹת זָהָב וּלְבוֹנָה
וּמֹר ׃ וְנַעֲנוּ בַּשֵּׁנָה שֶׁלֹּא יָשׁוּבוּ 12
לְהוֹרוֹדוֹס וְהֵם שָׁבוּ בְּדֶרֶךְ
אַחֶרֶת לְאַרְצָם ׃ וְאַחַר 13
שֶׁהָלְכוּ וְהִנֵּה מַלְאַךְ יְהוָֹה
נִרְאָה

נִרְאָה לְיוֹסֵף בַּשֵּׁנָה לֵאמוֹר
קוּם קַח אֶת־הַיֶּלֶד וְאֶת־אִמּוֹ
וּבְרַח לְמִצְרַיִם וֶהְיֵה שָׁם עַד־
אֲשֶׁר אוֹמַר אֵלֶיךָ כִּי יִהְיֶה
שֶׁהוֹרוֹדוֹס יְבַקֵּשׁ הַיֶּלֶד לְאַב
14 לְאַבְּדוֹ ׃ וְהוּא קָם בַּלַּיְלָה
וַיִּשָּׂא אֶת־הַיֶּלֶד וְאֶת־אִמּוֹ
15 וַיִּבְרַח מִצְרַיְמָה ׃ וַיְהִי שָׁם עַד־
מוֹת הוֹרוֹדוֹס לְהִמָּלֵא דְּבַר
יְהוָה עַל יַד־הַנָּבִיא שֶׁאָמַר
מִמִּצְרַיִם קָרָאתִי לִבְנִי ׃
16 אָז הוֹרוֹדוֹס כְּשֶׁרָאָה כִּי הֻתַּל
מֵהַחַרְטֻמִּים קָצַף עַד־מְאֹד
וַיִּשְׁלַח וַיָּמִית כָּל־הַיְלָדִים
אֲשֶׁר בְּבֵית־לֶחֶם וּבְכָל־
גְּבוּלֶיהָ מִן שְׁנָתַיִם וּלְמַטָּה כְּפִי
הָעֵת שֶׁדָּרַשׁ מֵהַחַרְטֻמִּים ׃
17 אָז נִתְקַיֵּם אֲשֶׁר נֶאֱמַר בְּיַד
כ׳ א׳ ירמיה ל״א יִרְמְיָהוּ הַנָּבִיא הָאוֹמֵר ׃ קוֹל
† תַּמְרוּרִים 18 בְּרָמָה נִשְׁמַע נְהִי בְּכִי † רָחֵל
רָחֵל מְבַכָּה עַל־בָּנֶיהָ מֵאֲנָה
כ׳ א׳ * עַל־בָּנֶיהָ 19 לְהִנָּחֵם * כִּי אֵינֶנּוּ ׃ וְאַחַר
שְׁמֵת הוֹרוֹדוֹס הִנֵּה מַלְאַךְ
יְהוָה נִרְאָה בַּשֵּׁנָה לְיוֹסֵף
20 בְּמִצְרַיִם ׃ וַיֹּאמֶר לוֹ קוּם וְשָׂא
אֶת־הַיֶּלֶד וְאֶת־אִמּוֹ וְלֵךְ
לְאֶרֶץ יִשְׂרָאֵל כִּי מֵתוּ
הַמְבַקְשִׁים אֶת־נֶפֶשׁ הַיֶּלֶד ׃
וַיָּקָם

apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. 14 Qui consurgens accepit puerum, et matrem eius nocte, & secessit in Aegyptum: 15 & erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui Filium meum. 16 Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra secundùm tempus, quod exquisierat à Magis.

